

ANDREÆ
ALCIATI
V. C.
EMBLEMATA:

Cum CLAVDII MINOTIS DIVISIONENSIS ad
eadem COMMENTARIIS.

Quibus Emblematum omnium aperta origine,
mens auctoris explicatur, & obscura
omnia dubiaque illustrantur.

EDITIO QVARTA.

24 863



LUGDVNI BATAVORVM,
Ex OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.

c I o. I o. xci,



AVGVSTINO THVANO,³
 IOANNI GVE S L A E O, ET
 BARNA BAE BRISSONIO REGIÆ
*procurationis in suprema Gallorum curia Trium-
 uiris, sacrique consiliis Senatoribus.*



V M postremam manum imposuisse
 meis in Alciati emblemata comméta-
 rijs, meqne horum laborum quos vltro
 suscepseram non tam pñniteret, quam
 certe puderet adeò incosulto & præci-
 pitanter in lucem missos, nullo alio cõ-
 filio vtendum mihi putaui, quam ut ar-
 te aliqua corrigerem si quid casu & temerè male olim
 cecidisset: quemadmodum fñse gerunt qui ludunt reffe-
 ris, quibus in manu non est vt semper felicem iactu ob-
 tineant. Itaque sumpto ad cogitandum spatio, quantum
 quidem mihi concessum fuit otij superioribus anteaactis
 annis cùm Lutetia Aureliam diuertissem ad persequen-
 dum iuris studium, cui me addixeram, dedi operam vt
 commentarius non omnino malus postremò veniret in
 manus hominm: quem sciebam non tam mea opera,
 cui vix ausim quicquam tribuere; neq. studio vel indu-
 stria, cuius ego mediocritatem confiteor, quam Alciati
 i.c. clarissimi nomine apud multos imprimis gratiosum.
 Cumq. sit omni homini ingenuo, quiq. animum appli-
 cat ad scribendum & commentandum aliquid, innatus
 quidam naturalis amor in libros, quasi parens in liberos
 susceplos; ego consecro libello cœpi mecum querere
 cui meas probarem vigilias: & ne nihil receptæ darem
 consuetudini, de patrone mihi diligendo tum primùm
 cogitaui: non quod existimarem dignum esse opus quod
 in arce collocaretur tanquam illa Minerua Phidiæ: sed
 quia optimum & honorificum ducerem laudari à lauda-
 to aliquo viro, cuius suffragia apud bones omnes vterer.
 Hunc tandem mihi scrupum exemit pro sua facilitate

AD ILLVSTRISS. MAXIMIL.
DVCEM MEDIOLA N.

Super insigni Ducatus Mediolanensis.

EMBLEMATE.



EXILIENS infans sinuosi è faucibus anguis,
Est gentilium nobile stemma tuis.
Talia Pelleum gesisse non iusta regem
Vidimus, huic suum concelebrasse genus:
Dum se Ammoni futurum, matrem anguis imagine lusam,
Diuini & sobolem seminis esse docet:
Ore exit, tradunt, sic quosdam enier anques.
An quia sic Pallas de capite orta Iouis?

C

Pro

In Occasionem.

EMBLEMA CXXI. Διάλογος Στρατού.



LYSIPPI hoc opus est, Sicyon cui patria. tu quū?
 Cunctā domans capti temporis articulus.
 Cur pinnis fras? usque rutor. talaria plantis
 Cur retines? passim me leuis aura rapit.
 In dextera est tenuis dic unde nouacula: acutum
 Omni acie hoc signum me magis esse docet.
 Cur in fronte coma? occurrens ut prendar. Athene tu
 Dic, cur pars calva est posterior capitus?
 Me semel alipedem si qui permittat abire,
 Ne possim appenso postmodò crine capi. Tali